



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

**Parisiis, 1644**

LXXXV. De dioecesibus, qualiter eas diuidant inter se episcopi, tam catholici, quam qui ex Donati parte conuersi sunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

ANNO  
CHRISTI  
424.

sunt, & oriuntur, quibus tunc minus videtur esse prospectum: nunc isto Concilio sancto placuit, vt vbicumque catholica fuit, & pars Donati, ad diuersas cathedras pertineant: quocumque tempore illic vnitas facta est, vel facta fuerit, siue ante leges, siue post leges, ad eam cathedram pertineant, ad quam catholica, quæ ibi fuerat, pertinebat.

LXXXV.

Ita sane, vt si episcopus ex Donatistis ad catholicam vnitatem conuersus est, æqualiter inter se diuidant eas, quæ sic fuerint inuentæ, vbi ambæ partes fuerint, id est, vt alia loca ad illum, alia ad illum pertineant, ita vt ille diuidat, qui amplius temporis in episcopatu habet, & minor eligat. Quod si forte vnus fuerit locus, ad eum pertineat cui vicinior inuenitur. Quod si ambabus cathedris æqualiter vicinus est, ad eum pertineat quem plebs elegerit. Quod si forte antiqui catholici suum episcopum voluerint, & illi suum, qui ex Donati parte conuersi sunt, plurimorum voluntas paucioribus præferatur. Si autem partes æquales sunt, maioris temporis episcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inueniuntur, in quibus ambæ partes fuerint, vt non possint æqualiter diuidi, velut si impari numero fuerint, distributis eis locis, qui parem habent numerum, quicumque locus remanserit, hoc in eo seruetur, quod superius dictum est, cum de vno tractaretur loco.

Cod. Can.  
cap. 118.

LXXXVI.

Item placuit, vt etiam, si quisquam post leges

Cod. Can.  
cap. 119.

Concil. Tom. 4.

Bbbb ij